



CONCILIUM
GENERICUM
AMERICAE LATINAE

ACTA
ET DECRETA

BX832
.1899
A3

004217



1080015399

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

ACTA ET DECRETA
CONCILII PLENARII
AMERICAE LATINAE



Iglesia Católica

ACTA ET DECRETA
CONCILII PLENARII
AMERICAE LATINAE

IN URBE CELEBRATI

ANNO DOMINI MDCCCXCIX



ROMAE
TYPIS VATICANIS
—
MDCCC.

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Teller



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
BIBLIOTECA VALVERDE Y TELLER

41415

Bx 832

.1899

A3

NEMINI LICEAT
SINE VENIA SANCTAE SEDIS
HOC VOLUMEN REIMPRIMERE.

IMPRIMATUR:
FR. ALBERTUS LEPEL, O. P., S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR:
IOSEPHUS CEPPETELLI, Archiep. Myr., Vicesgerens.



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ



LITTERAE APOSTOLICAE

QUIBUS DECRETA

CONCILII PLENARII AMERICAЕ LATINAE

PUBLICANTUR ET PROMULGANTUR.

LEO PAPA XIII.

Iesu Christi Ecclesiam, qua late patet, tueri, eiusque utilitates ubique terrarum provehere, Pontificum Romanorum munus est atque officium. Nos igitur, quibus, licet immeritis, id modo muneris, Deo disponente, commissum est, uti ceteras catholicorum nationes, sic lectissimas Americae Latinae gentes, curas studiumque Nostrum desiderare nunquam permisimus. Ut enim christianae pietatis laude et ecclesiasticae disciplinae vigore semper florerent magis, cum multa alia opportunis temporibus praestitimus, tum Archiepiscopis et Episcopis universis auctores fuimus, ut coire in plenarium Concilium placeret. Id Nobis perutile summeque efficax videbatur: cognoscere enim de necessitatibus singularum ecclesiarum nulli melius possent,

004217

quam qui eas regere a Spiritu Sancto sunt positi; collatae autem Pastorum omnium sententiæ cavere fidelibus pericula, disciplinae prospicere, cleri populique bono consulere aptius et validius valerent. – Quum vero et Concilium habendum unanimes sensissent Episcopi; et, pro ipsorum in Beati Petri Cathedram observantia atque amore, sedem Concilio nullibi quam Romae, in Nostris oculis, eligendam duxissent; Nos, datis die xxv Decembris MDCXCXVIII Apostolicis Litteris *Cum diuturnum*, Concilium ipsum Romam convocavimus. – Sic demum coivere Antistites. Quaque primum animorum concordia, nullo varietatis gentium respectu habito, grave opus sunt aggressi; eâdem prosecuti, fausto optatoque exitu expediverunt. Nec minor concordia voluntas fuit impensusque labor; ut mirum non fuerit Concilium brevi spatio absolutum, quaeque tractanda proponebantur, agitata sapienter, gravibusque sententiis ac legibus decreta fuisse. – Ipso autem Concilii tempore, non destitere Patres perpetua Nobis pietatis et obsequii exhibere argumenta; quae Nobis quam grata acciderent, coram, plus simplici vice, professi sumus. Ut vero Venerabilibus Fratribus benevolentiam Nostram ulterius testaremur, S. R. E. Cardinalium peculiarem coetum designavimus, quibus, nomine et auctoritate Nostris, Decreta Concilii cognoscenda

commisimus. – Quod cum ii, maturitate maxima diuturnoque studio, perfecerint; Nos, Patrum Concilii plenarii primi Americae Latinae desiderio obsequentes, Decreta Concilii eiusdem, ab Apostolica Sede recognita, praesentibus his Nostris Litteris publicamus, simulque edicimus ut eadem, per Apostolicas has ipsas Litteras, quibuscumque minime obstantibus, in universa America Latina singulisque dioecibus, ab omnibus ut publicata ac promulgata censeantur ac sedulo observentur. Faxit Deus, ut quae a tot Pastoribus, providenti amantiq[ue] animo, sancita sunt atque a Nobis recognita, eadem in singularum Ecclesiarum bonum et splendorem cedant.

Datum Romae, sub annulo Piscatoris, die prima mensis Ianuarii anni millesimi nongentesimi, Pontificatus Nostris anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.